88]

S. P. D. Nobilissime, Magnifice et celeberrime Dn.
Goldaste, patrone, fautor et amice colendissime, mitto
tandem Illustris et Generosiss. Lippiaci responsum: Conquere-
tur tabellarius sese difficulter illud ~~extorquere po~~ tandem
extorsisse, et quinquies Detmoldiam sese prius ambulasse
quam illud accipere potuerit. Cancellarius scribere ob
occupationes plurimas hoc tempore non potuit: Promisit se
prima data occasione T. Nobil. responsurum.
Miror quid caussæ sit, quod Dn. D. Firxius ad nos
non accedat. Es ist mein verstand die ~~geg~~ Gotsheit
dat den gasten werdt angeordnet.
De salariis nostris retulit nuperrime Dn. Gerardus Krusse
quod iam expensi debeant. Professores omnes magno cum
desiderio expectant solutionem. Interea commitlo
nos Altiss. Dabam Rintelii 6. Aprilis Anno
1624.

T. Nobil.
reverentiæ stud.

Jos. Gisenius D.

Nobilissimo, Magnifico et celeber=
rimo viro Dn. Melchiori Golda=
sto ab Haiminsfeldt Iurecon͡sul=
to Excellentissimo, et Illustriss. Hol=
sato-Schauuenburgico à consiliis intimis,
Domino, patrono, fautori, et amico
suo colendissimo.